

GLORIAM
honestæ mentis facem,

Quum,

Perquam Generosi & elegantioribus literis perpoliti
JUVENES,

DOMINUS

JO. ADOLPHUS
de CARLOWITZ,

Dresd. Misn.,

Nec non

DOMINUS

FRID. ADOLPH.
de POLENTZ,

Lintz. Misn.,

Cum,

Applausu omnium bonorum


Ex

Illustri Afranéo solenni ritu & Valedictionibus
habitis discederent,

*Qualicumque hoc Carmine apobaterio
adumbratum,*

*Seqve illorum favori in posterum
commendatum iverunt,*

Nobiles elegantioribus ibi literis vacantes
ipsorumque amantissimi,



*Quid te, Alcides, certamina tanta subire,
Quid Phlegetontæos jussit adire lacus?
Quid serui dextram in Teucros armavit A-
chillis?
Quid Phrygium Atridas scandere fecit e-
quum?
Quid fera cum divis in prælia trusti Achivis
Hæciora, quo flammis Ilios orba ruit?*

*Quid, Pellæ puer, te nudos egit ad Indos?
Aut orbis docuit quærere, quæso, novos?
Cur ob Mæonidæ plectrum sis invidus illi,
Qui quondam Trojæ fulmen et horror erat?
Quid sibi verba, quibus Darii victor ajebas
Carmina Mæonii vatis amare, volunt?
Quum portaretur gemmis auroque coruscans
Scriniolum, prædæ pars pretiosa, tibi;
Et disceptaret se se inter turba ministrum,
Quam se rem dignam clauderet arca satis?
Tum tu soluebas lites hac voce frequentes,
Hospitio tali dignus Homerus erit.
Vix ego crediderim, hoc te vatis amore locutum,
Mens, tua par caneret facta poeta, fuit.
Anne sed hoc studium virtus ducenda, paratæve
Laudes, aut tibi, rex ambitiose, decus?*

quid

Quid decus? est vitium summum, est injuria summa,

Si factis tantum nomen anhelet homo.

A vera virtute procul, procul ista faceffat

Laudis avarities, imperiiqve sitis!

Exitit Alcidis non virtus integra semper:

Ausorum crebro causa libido fuit.

Qvis captum Æacida forma Briseidos olim

Turpia non novit multa patrassè sibi?

Quid memorem geminum metam virtutis Atridam,

Qvae vaser Æolides præstitit arte sua.

Sic crudelis eras devictos, Hector, in hostes,

Qvum clueres patriæ portus & ara tua.

Hinc & Pelides parili te morte peremit,

Corpus ter circum Pergama mæsta trahens.

Virtus vera sibi nullos exposcit honores,

Nec meriti qværit præmia lauta sui.

Ipsa colit sedes humiles, exosa superbos,

Et tamen in latebris otia nulla petit.

Fortunæ secura, Deo, patriæqve fidelis

Infervere suæ nocte dieqve studet.

Secum habitat, nunquam cupiens sibi sorte negatas,

Qvas sine fine vorare ardet avarus, opes.

Livoris vanos audit secura latratas,

Nullius sibimet conscia flagitii.

Interea tamen usqve jacet non pulvere mersas,

Excelsum tandem tollit operâ caput.

Tum, licet in summis splendescat honoribus, omni

Fastus qvippe expers, ambitione caret.

In vitam comitatur bonos, velut umbra meantem,

Et tenebras lingvit cognita, lumen adit.

Ultima deridens mox cælos busta revivit,

Fama vel absentis nescit in orbe mori.

Sicqve ejus pretium manet, & fax mentis honesta

Gloria, quam seclî vis minuisse neqvît.

NOBILE PAR JUVENUM, quo non perfectius un-

quam

Nutrici fovit mater Afrana sinu!

Quid vos ante dies hæc florida lingvere Tempe

Castalidumqve lares tam cito, qvæso, jubet?

Vos

Vos justus laudis stimulus, non urget iniquus, **liv. Q**
 Ambitur vobis non referatus bonos. **12**
 Vos ambo virides annis, vos dotibus aucti **1**
 Ambo Camenarum, celsior ardor agit. **1**
 Majorem vosmet sophiasque Dicesque palestram, **13**
 Idque nec immerito, nunc petiisse juvat. **1**
 Quantum amor vobis doctrina, quanta voluptas **Q**
 Utilibus quavisvis invigilasse libris?
 Hoc TIBI, NOBILE PAR, Doctorum pentas Afrai,
 Qui meliore tuum tramite flexit iter:
 Testatur quoque fida cohors, quam compede dulci
 Thesea tecum junxerat Afra fide.
 Illa tuos mirata, sed haud imitata, profectus
 TE jam jam nimis, heu! luget abire cito.
 Sed non fatorum nutus remoratur, Et optat,
 Unanimi migres omine voce bono!
 Vadas, quo TUA TE vocat Et rapit ardua virtus,
 Augmina quotidie porro capeffe nova!
 Quam servat Philurea TIBI, pete sedula palmam,
 Ultimus hic merito restat honore labor!
 Hic Helicon TIBI cultoribus aequus Apollo,
 Legiferaeque Themis larga recludet opes.
 Sertaque temporibus cedent, quae nulla vetustas
 Nec livor rabido carpere dente queunt.
 Labetur nostro virtus TUA pectore nunquam,
 TU modo disjunctis perge sarvere! Vale.



GLORIAM
honestæ mentis facem,

Quum,

si & elegantioribus literis perpoliti
JUVENES,

DOMINUS

DOLPHUS
RLOWITZ,

Dresd. Misn.,

Nec non

DOMINUS

ADOLPH.
DLENTZ,

Lintz. Misn.,

Cum,

lausu omnium honorum

Ex

solenni ritu & Valedictionibus
habitis discederent,

que hoc Carmine apobaterio
adumbratum,

lorum favori in posterum
commendatum iverunt,

IPSOIBUS elegantioribus ibi literis vacantes
Ipsorumque amantissimi,

